

22. 7. 1540.
 CUM operarii et monetarii de juramento francie
 Conqueste fuissent in nostra curia quod licet ipsi
 ac eorum uxores et familia cum eorum bonis mercibus
 seu mercaturis quibuscumque operantes et non operantes
 mercantes et non mercantes per privilegia sibi a
 nobis et predecessoribus nostris concessa sibi et esse
 et remanere debeant per regnum nostrum Liberi quieti
 et jimmunes ab omnibus Tallis Customis pedagiis et
 passagiis tam ratione mercium seu mercaturarum
 suarum, nec non et a centesimo quinquagesimo
 Calcie Subsidiis deceritibus, calvacatis et generaliter
 ab omnibus Subventionibus deceritibus, mactantibus, impositionibus
 servitutibus et novitatibus quibuscumque et quocumque
 nomine censentur, non obstantibus quibuscumque privilegio
 in contrarium concessis vel esse concedendis, nihilominus
 Commissarii seu deputati ad Levandam impositionem
 quatuor denariorum pro Libra Conquestes
 predicta seu novmillas ipsorum ad Solvendam
 impositionem predictam pro suis bonis et

Et mercibus seu mercatoriis venditis et vendendis
comprellere nitentur et propter hoc bona et vadia
sua ceperant et detinebant iniuste contra dictorum
privilegiorum tenorem indebitè veniendo in dictorum
conquerentium prejudicium et damnum et dicebant
operarios quod per nostram curiam pronuntiaretur
ipsos conquerentes ad impositionem predictam non
teneri et vadia seu bona sua propter hoc
capta sibi reddi et liberari, ipsaque Libera
quittos et immunes iuxta tenorem dictorum privilegiorum
teneri et observari et impedimentum in contrarium
appositum penitus amoveri debere procuratore
nostro qui causa huiusmodi defensionem assumpsit
et contrario proponente quod attentis causis modis
et conditionibus iuditionis sue concessionis
impositionis predictae per nostram curiam
pronuntiari debere predictos operarios et
monetarios mercatores et non mercatores ad observandam
impositionem predictam teneri, nam et omnes
tam privilegiati quam alii quicumque tam
solvem pro defensione reipublicae ad quam
omnes indifferenter tenentur per nos de consensu
populi iudicata fuerat et concessa impositio
predicta nec ipsi operarii et monetarii per
privilegia per ipsos allegata ab huiusmodi
impositione tamen poterant nec debebant nec etiam

ipsa impositione in dictis privilegiis poterat comprehendi
 cum alias visum non fuisset pro simili causa
 impositionem fuisse factam seu etiam ordinatam
 dicebat etiam quod si forsitan aliqui operarii vel
 monetarii mercantes omni executione cessante
 ad dicta impositionem liberi vel immunes esse debebant
 verumtamen operarii et monetarii mercantes omni
 executione cessante ad solvendam impositionem
 huiusmodi tenebantur, nec obstante hoc verbum mercantes
 scriptum in privilegiis predictis seu altero ipsorum
 cum per errorem potius quam alias scriptum
 fuisse reputari debebat, verumtamen et dicebat
 optulere alias rationes proponendo ad finis predictas
 oppositis operariis et monetariis replicantibus
 in adverso quod attentis privilegiis predictis ac modis
 conditionibus et causis concessiois ipsorum ac
 optulere alias rationibus per eos allegatis. procurator
 noster ad opposita predicta cum opposita non
 erat admittendus sed abinde debebat repelli, ipsi
 in libertate predicta iuxta dictorum privilegiorum
 tenorem teneri et servari debebant. auditus igitur
 rationibus propositis hinc et inde visis que privilegia
 a nobis et predecessoribus nostris dictis operariis
 et monetariis concessis. **PER ARRESTUM** curie
 dictum fuit oppositas operariis et monetariis
 non teneri ad impositionem predictam, bona que sua
 propter hoc capta sibi cedi et deliberari, ipsosque
 ab huius impositione liberos et immunes iuxta
 tenorem dictorum privilegiorum manentem et

Servari debere non obstantibus proposito la adverso
pronunciatum vicesima Secunda die Septembris
anno Domini millesimo Trecentesimo quadragésimo
Jigné DuLille